Quelle: http://manuscripta.at/?ID=39405
Copyright: Melk, Benediktinerstift

uti non mutuliter potes Nostri temporis Leo
nardi Aretini Guarrini veronensis · poggij
florentini Ambrosij monachi Camaldulensis
Volumina tersa sunt legentibusq; frugifera
Sunt et historiis legendi pueris/ut Livius
atq; Salustius qui ad eorum intelligentiam
profectu est opus · Justinus et quidem Curtius
et quem petrus paulus tristulet Arrianus
In quibus vera non fabulosa sunt Alexandri
gesta/peruria debent · quibus adiungi
valeunt historiarum et philosophus simul non
indignus est/Suetonius pueris non est commit
tendus/Ex genesi quoq; · Ex regum libris ·
ex machabeis · ex judith · Esdra · ester ·
ex euangeliis · ex actibus apostolorum · historie
non sine magno fructu recenitur recipiunt.
Historia namq; ut Cicero dicit est testis
temporum · lux veritatis · magistra vite
nuncia vetustatis/Utilissima ergo est histo
rias qui plures nosse/atq; in his se exercere
ut aliorum exemplo id utilia sequi id
noxia vitare studeas/non tamen usq; ad sy
narum laborem te volumus occupari/Sed
receptas/aut a claris auctoribus memo
ratas satis est historias didicisse/Nullo
autem pacto id bohemorum, hystrorum/id
hungarorum/atq; his similes · si me penes
auctoritas fuerit tradi pueris permiserim
Sunt enim abundantes scripte/multas inep
tias continent · multa mendacia · nullas
sententias · nullos ornatus · Nam qd'ait plinius